

11
Centesima usura cum anatocismo annuuario.

Prior operatio.

Primus annus.

Secundus annus.

ultra 500 aureos sortis. Colloca in hunc modum, 100 menses usuram faciunt 500 aureorum, quantum usurae faciunt 48 menses? facit 240 aureos, quos debet supra sortem, Quod si centesima non ducuntur perpetuo foenore, sed cum anatocismo annuuario, hoc est, renouato in singulos annos foenore, qualis usura hodie uocatur Iudaica, longe alius est operandi modus, adeoque duplex. Prior, ut per singulos annos seorsim fiat calculatio propter anatocismum seu renouationem foenoris. Vt pro primo anno sic colloca, 100 menses dant 500 aureos, quantum 12 menses? facit 60 aureos. Ideo ad exitum primi anni debebat tam sortis quam usurae nomine 560 aureos. Cum autem 500 aurei foenerentur uno anno 60 aureos, hoc est, 25 aurei foenerentur 3, eam rationem deinceps per singulos annos compendij gratia obseruabimus. Iam si libet cognoscere quantum debeatur foeneratori ad exitum alterius anni non soluto annuo foenore,